Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

quam venustate sed voluntate in vos animi gratissimi iudicio et legentibus placere desiderans.

Purgacio interpretis prologus librorum periarchon

Scio quam plurimos fratrum sciencie scripturarum desiderio provocatos postulasse ab aliquantis eruditis viris et grecorum peritis ut Origenem Romanum facerent et latinis auribus eum donarent. Inter quos etiam frater et collega noster ab episcopo Damaso deprecatus ut omelias duas de cantico canticorum in latinum transtulisset ex greco, ita in illo opere ornate magnificeque prefatus est ut cuivis legendi Origenem et avidissime perquirendi desiderium commoveret, dicens illius anime convenire quod dictum est: Quia introduxit me rex in cubiculum suum, asserens quod cum in ceteris libris omnes vincat, in cantico canticorum etiam se ipse vincat. Pollicetur sane in ipsa prefacione se et ipsos in cantico canticorum libros et alios quam plurimos Origenis Romanis auribus largiturum. Sed ipse ut video in stilo proprio placens maioris gloriam sequitur ut pater verbi sit pocius quam interpres. Nos ergo rem ab ipso quidem ceptam sequimur et probatam, sed non equis eloquencie viribus tanti viri ornate possumus dicta. Unde vereor ne vicio meo illud accidat ut is vir quem ipse alterum post apostolos ecclesie doctorem sciencie ac sapiencie merito comprobavit inopia sermonis nostri longe se inferior videatur. Quod ego sepe considerans reticebam, nec deprecantibus me frequenter in hoc opus fratribus annuebam. Sed tua vis fidelissime frater Machari tanta est cui obsistere ne imperitia quidem potest. Propter quod ne te ultra tam gravem paterer exactorem, etiam contra propositum meum cessi, ea tamen lege atque eo ordine ut quantum fieri potest in interpretando sequar regulam precessorum et eius precipue viri cuius superius fecimus mencionem. Qui cum ultra septuaginta libellos Origenis quos homileticos appellant aliquanta etiam de tomis in apostolum scriptis transtulisset in latinum, in quibus cum aliquanta offendicula inveniantur in greco, ita eliminavit omnia interpretando atque purgavit ut nichil in illis quod a fide nostra discrepet latinus lec